N. Inv. 4201
II

Listy Stan. Konarskiego.

dar X. Prałata Ant. Moszyńskiego

w podarunku Stan. Krasińskiego z Warszawy

Kwiecień 1882



P.C. Admodum R^de Pater.

Epistolam Reverentiae V^ae ad ternas meas literas responso-
riam accepi. Et facimus hic quantum possumus, ut res no-
stras Vilnenses aliquomodo erigamus sed nullum prosperum
successum habent nostri conatus. Iudicia Assessorialia
duodecima Maij aperta sunt, heri et hodie adhuc Cere-
monialia absoluunt. Decima sexta vel decima septima praesen-
tis, causa nostra ex regestro incidit.

Ante dies aliquot Palatinus Sandomiriensis, Ma-
reschalcus Supremus Regni, Palatinus Braclaviensis, Suc-
camerarius magni ducatus Lithvaniae aliique omnibus qui-
bus potuerunt rationibus, permovere conati sunt Cancel-
larium Lithvaniae causam ut hanc ad comitia Regni
remittat, sed nihil effecerunt cum Cancellarius respon-
derit inter caetera, et Regis et Iesuitarum Rationem ha-
beri oportere, procurent Patres Scholarum Piarum man-
datum à Rege ut causam hanc remittam ad comitia. Pa-
latinus Sandomiriensis reposuit, quod Pater Gwarini hoc
obsequium praestabit PP. Scholarum Piarum, significan-
do mandatum tale obtineri non posse nisi per Patrem
Gwarini. Ita rebus infectis discesserunt.

Iam itaque in Iudicijs Assessorialibus Pater Flo-
rianus Wolski cui hic Nomine Patris Provincialis
qui satis hac in causa laborat
Lithvaniae pro causa Vilnensi scripsimus plenipotentiam
cum Domino Lipczewski Patrono debito tempore com-
parebunt cum sola exceptione fori. Exoritur quidem
nova difficultas utrum Iudex nobis locum standi
et proponendi aliquid in Iudicijs concedet, ob eam rationem

quod prius decreta in contumaciam non sustulerimus, ad quae tollenda duo modi erant, aut obtinere munimen a Rege (Glejt vocant) aut citare Burzynium pro repositione Decretorum. Priorem modum ut infamem reiecimus. Posteriorem consulto omisimus: nam citare Burzynium ad Judicia Assessoralia pro repositione decretorum, esset, forum ibidem agnoscere. Itaq[ue] Cancellarius tunc, cum noster Patronus comparebit, aut sinet illum agere, aut non sinet ob condemnationes non sublatas. Si Patronum nostrum agere sinet, hic nihil aliud faciet, quam rationes excipiendi fori allegabit atq[ue] Judicio in scripto tradet. Si eundem agere non sinet, Pater Procurator et Patronus respondebunt: se juxta citationem instigatoris comparuisse ad Judicium, quandoquidem vero agere non sinantur, se rec~~dere: adeoq[ue]~~ relicto in manibus Cancellarij scripto, ubi rationes excipiendi fori continebuntur, e judicio recedent.

Certissimum est, quod nobis idem sit, sive Patronum nostrum Cancellarius permittat agere sive non. Certi enim sumus quod etiamsi omnia nos loqui sineret, jam apud se statuerit quod causam nostram ad comitia non remittet. Adeoq[ue] utroq[ue] modo tertia condemnatio sequetur.

Rationes pro excipiendo foro considerationibus A. R. V. R. in separata Scheda mihi transmissis, auxi. Apud Nuncium Apostolicum crastina die ero cum P. Demetrio, sed inde nihil penitus auxilij expecto, jam enim rogavi eundem, ut vel Regi vel Cancellario loqueretur de Remissione causae, sed noluit.

Post decretum tertium quando voletis Mandatum

tum ad Comitia Burzynio et Jesuitis dabitis. Quod hic ego
procurabo quando jubebitis. Duos nummos aureos quos a Râ
Vâ recepi, dedi P. Valentino, qui suos iam Lipczewo dede-
rat. Ablationem hanc paratam habere curabo quando expediret non tardare ~~Aribetis sit~~ mittam.

Qualiscunque demum futura sit executio Vilnae post
tertium decretum, fortiter, prudenterque excipienda est, sed
ab Instituto non cessandum; sed de hoc plura jam et locu-
ti sumus et scripsimus.

Id quod incredibili veroque dolore me percussit, est unum, quod
Revea Vâ mihi scribat, quod duos tantum convictores in colle-
gio habeant. Cum enim unica ratio modusque sit hanc de-
clinandi furiosissimam procellam, privatas domi scholas
fovere, Râ Vâ ipsamet intelligit, quam numerus convicto-
rum nobis augendus sit, etsi fieri posset ex Illustrioribus
Lithuaniae Familijs. Sentio id esse grave ob cubiculorum
penuriam, sed ut fraterne dicere liceat, si haec sola obesset ra-
tio, mallem sub tecto habitare. Non dubito Râs
Vâs omnimodo possibili facturas, ut hic numerus
Juvenum Domi augeatur ibique diligentissime in pieta-
te et literis instituantur. Tum enim primum de Rî-
bus nostris Vilnensibus desperabo, cum convictum
Vilnensem, numero, nobilitate, bonis moribus et literis
florere non audiam. Praesertim autem sex Juvenes et fundatione omnino [illegible] habendi.

Petendus persvadendusque est Illustrissimus Com-
dator, ut si ipse Vilnae tum cum executio fiet non ma-
nebit, saltem suos obstringat amicos nobis ut praesen-
tes adsistant. Petendus quoque quam maxime est,

/: quod consilium est optimum Palatini Sandomiriensis,
et quod ad ipsummet Ill. Castellanum Traensem scripsit:/
ut velit suaquoq ex parte citare Instigatorem Litthva-
nia, et si videtur Jesuitas quoq; ad Comitiorum Judicia
praesertim obid quod Fundationem ipsius pro sex Juvenibus
bus factam, et Iuridice inscriptam praetextu alicujus Privi-
legij /:quo nobilitares inscriptiones cassari nullatenus pos-
sunt:/ impugnet. Certe longe majoris considerationis apud
Regem et Rempublicam haec citatio nostrae Fundationis quam
nostra esset. Idem expediret ut et Ill. Praefectus Lidensis
pro defendenda sua fundatione faciat.
Futura septimana quae in Judicijs Assessorialibus
contigerint describam. Nunc autem ex animo maneo

R.ae V.ae

Varsavia 1759. 14 Martij

A.R.P. Rectori gratias
maximas pro mei me-
moria et humillima obsequia.
utri et alij Amicis.

Servus humillimus
Stanislaus a S. Laur.
S.P.

L. J. C.

P. C. Admodum Rde Pater Luca.

Decima sexta prӕsentis tertium simplex in contumaciam Decretum contra nos vibratum est, nos autem ne pro exceptione quidem fori comparendum nobis esse, post plurimas maximasq; deliberationes et consilia tandem judicavimus. Ne miretur Rā Vā aut Adus P. Provincialis Lithvaniӕ has nos prӕtulisse partes, priori illi consilio, quo fere jam parati eramus ad comparendum pro exceptione fori. Nam prӕterquam quod nostrates Patroni non esse id faciendum censuerint, cum ad diem ipsum Decreti dubius hӕrerem animo, ipso ejusdem diei mane, M. D. Turczynowicz Vir prudens Iuris Lithvanici peritus, nobisq; amicissimus, fortibus me rationibus, à comparendo cum exceptione fori sapienter revocavit. Brevibus quidem verbis, rationes has non possum exprimere, paucis tamen dicam: Judicia Assessorialia non sunt ullatenus appellabilia, sententiӕ itaq; illorum ut suprema, ita irrevocabilis est; quare aut declinanda est eorum sententia, per contumaciam, aut si parte citata comparente

feratur, omnino toleranda est, nec enim ullum in suo causarum genere, superius Iudicium in republica datur. Si itaq[ue] comparuissemus, et Accessorium hoc primum de exceptione fori, seu remissione ad Comicia proposuissemus, atq[ue] idem serijs partium controversijs ursissemus; Decretum in hoc primo Accessorio procul dubio emanaret; sed quale? certò certius negativum uti jam id ipsemet Cancellarius Palatino Sandomiriensi diebus ante aliquod constanter declaraverat, se nullatenus remissionem ad Comicia facturum. Nulla ergo favorabilis hac in parte Sententiae spes Nobis vel minima fuit. Quod si nobis comparentibus et ex partium controversijs lata fuisset haec sententia, non posse causam nostram remitti ad Comicia, huic decreto tanquam Iudicij inapellabilis jam perpetuo standum esset: Nec verè ita dicendo integrum nobis esset amplius à tali sententia causam ad comicia extrahere. Maluimus ergò simplicem condemnationem permittere, quae longè gravior fuisset, si primum accessorium per sententiam ex controversijs partium latam perdidissemus. Haec et alia multa rationes me permoverunt ad penitus non comparendum.

Sententiæ latæ, nondum extensæ, sed ut scripta est ma-
nu Cancellarij RR Vis exemplar mitto: de tempore
executionis in illa non constat, nec adhuc de illo
quidquam scimus, cum scivero notificabo. RR Væ
eodem modo tertiam executionem excipient, quo pri-
mam et secundam: qua tamen in re summa mode-
ratia utendum est, nam secundæ executionis Historia
de verbo ad verbum Regi relata est, nullus dubito
quin multa Jesuitæ addiderint. Certe et hoc terti-
um nondum est finale decretum, uti liquet e Verbis
ipsiusmet Cancellarij in hoc Decreto positis. Alia
eiusdem Judicia sperantur Mense Majo vel Junio.
Jam toties scripsi pro qualicunque sensu meo quid in
tam arctis rebus faciendum esse videatur. Prim.
et summa rerum omnium apud me est, privatus
Convictus de quo toties scripsi et nunquam satis. Al-
terum est, Scholas usque ad vacationum tempus re-
tinere publicas, easdem vero post Vacationes non
aperire, sed tantum privatum Collegium, sine publi-
ca campana, ad quod tamen deni vel duodeni Ju-
venes Nobiles extramanentes admitti possent sed
tardius. 3tio. Manifestatio aliqua facienda esse
videtur sed de hac postea. 4to. Citatio ad [illegible]

L. I. C.

expedienda quam cum juberitis mittam. Ita ā parte Ill. Fundatoris juxta consilium et magnatū amicorum nostrorum et Patronorum omnium, citatio Burzynij ac Jesuitarum ad eadem comitia per necessaria est, praesertim quia iam se animarunt ... in iudiciis Juventus atq inscriptionem Novitiorum per privilegium cassari procuraverint.

Quid Romae, quid à Nuncio expectandum nobis sit, intelligent RR. Vrae ex literis P. Procuratoris Generalis et ex meâ ad P. Generalem epistola quam mitto.

Necessarium mihi omnino est, scire ex quibus Comitiolis instructiones pro praetentis comitijs favorabiles nostrae causae fuerunt: scire autem non opinativè sed certò, nam in citationem ad Comitia mentionem earum instructionum Patroni inserere volunt. Verba instructionum non exscribantur sed tantum Nomina seu palatinatuum seu districtuum, et Rā Vā dignet mihi quam totius mittere. Vale. Adm. Rdū. Prem Provincialem A. R. P. Rectorem A. R. P. Sebastianum alios amicos meo nomine quaeso salutare.

21 Marty. 1739. [illegible]

[illegible]

P. C.

Admodum R^de Pater Luca

Copiosiorem Epistolam hebdomade præterita scripsi R^æ V^æ, et multa quæ non recoquo ibidem detuli: nunc brevibus me expediam. Primum est quod defero R^æ V^æ, uti et Admodum R^do P. Provinciali Lithuaniæ omnibusq amicis, quod a Personis fide dignis admonitus sim, male de me nescio quem (aut si sciam non dicam) locutum fuisse Clementissimo Regi, Regemq adeo cuidam dixisse: Esse me ardentem et obstinatam, atq aliquid quod non expectem mihi imminere, eo quod agere videar contra Decreta etc. Quid quid demum sit, Regem etiam nostræ Provinciæ offendi: Quare R^a V^a ipsamet judicabit oportere me in futurum et ab agendo. et a scribendo in hac causa desistere; præsertim cum eo res jam devenerint ut neq jam vos opus habeatis mea Varsaviæ opera. Itaq in Causa Vilnensi ultima hæc est mea ad R^am V^am Epistola. Nam cum ut audio etiam intercipiantur literæ imprudentiæ esset sponte se periculo committere. Maxime cum audiverim scriptum esse de me ad P. Generalem: ut etiam Varsavia movear. si verbi deest, unde manet, intelli[gi]. Id quidem minime perturbat me, sed nec mei amplius usum nec mea vobis pericula necessaria esse puto,

Sive autem hæc in alienas manus incidat sive non incidat Epistola commonere debeo Rm̄ Vam̄ hac ultima vice quod mihi relatum sit, data esse mandata excubijs /Gwardiæ/ M.D.L. Vilnæ nostrum ut Collegium cingant, atq̧ Juvenes ab adeundo impediant. Id si forte se verum est, et si ad executionem forte ejusmodi perveniet, optarem patienter id expectandum esse, visisq̧ ad portam militibus, tum eundum esse a Illmo Loordinarium ad Illmum Mareshalcum Tribunalis ad Illmum Palatinum Vilnensem aliosq̧ et declarandum quod metu ulteriorum scandalorum vi aperta coacti, a Scholis abstinere velimus et tempori cedere et non recedendo ullatenus a Privilegijs Regijs nostræ Congregationi concessis, a Constitutione Ordinum Regni Anni 1677 Privilegia nostra approbante. A decretis et Bullis Romanis in causa Vilnensi. Tum petendi sunt ijdem Magnates ut excubias a Collegio nostro amoveri curent, interposita fide oretenus et nullatenus in scripto nos Juventutem ad Collegium adventantem ex civitate non admissuros. Illud vero de quo toties et locuti sumus et scripsimus consilium maxime quinto abhinc mense maturandum est. Scholis deinde publice non aperiendis. Præmissa tamen medestissima in aliquibus Castrensibus actis protesta-

[...]ntioni, cum exemplum prae manu habeam qualiter PP.
Societatis Iesu Cracoviae contra Academiam protesta-
ti fuerint. Titulus talis est: Manifestatio Religioso-
rum Societatis Iesu Cracovien. ad Officium et acta
praesentia Castrensia Capitanealia Cracovien. persona-
liter veniens R. P. Hiacynthus Przetocki [illegible]
Collegij Cracovien. Societatis Iesu ad praesens Praefectus
peciit suam infra scriptam manifestationem suo et Coll-
egij totius nomine, per Officium praesens suscipi et actis
praesentibus inseri. Pq in eo etc. Actum in Castro Cracov-
vien. 1634. In tali Manifestatione quam pien pu-
test modestissime Regias Iurisdictiones hic minimi
quidem tangendo ea exprimere oportet, quod superius
declaranda Ill. Loci Ordinario absque dixi.

Pro mandato ad Comitia Albam chartam seu
blanketam obtinuit jam D. Florianus Wolski procu-
rator vester, quam transmittet cum securam occa-
sionem repereritis. Interrogabit idem [illegible]
unde, mandata talia exportantur, et Rav Vam in-
formabit. Ego jam manum de tabula: et Warsa-
via intra paucos dies discedo. Cedamus Patriae vivan[t]
Asturius isthic et Catulus vivant qui nigra in candida
vertunt, et Ius naturalis defensionis criminis ducunt.

Responsum tamen ad hanc Epistolam Varsaviam peto quod me ubi ero reperiet. Vale interim Carissime Luca et me ama.

Tuus avus

Stan. Konarski

30 Martij 1739. Varsaviae

P.C.

Adm.m R.de Pater Luca. P. Coll.me

Certam securamque reddo R.am V.am quod neque Cancellarius Lithva-
niae, neque ullus hominum mihi proposuerit ut contenti
essemus docere scholas Vilnae ad Rhetoricam sive inclusive sive
exclusive. R.mus Stülzer amicus fortasse id dixit a Cancellario,
vel ab aliquo alio, sed non mihi dixit; neque unquam haec dicta
mihi retulit. Mors Fundatoris vehementer me afflixit; tamen
auxit in me cogitationem [illegible], quod cum Deus omnia
humana auxilia nobis subtraxerit, in solis Divinis nos sperare
velit. Collegium Privatum quam maxime urgendum est. Gratulatio
ad Comitia Regni danda esse videtur iam vel nostrae Lithvanae
Provinciae nomine, vel eorum nomine si quos fortasse Protonon
Fundationis suae Exspectantes [illegible] reliquerit. Peto informari
de eius dispositione circa res nostras.

Quod autem quam maxime oro, est, ut R.a V.a
velit perquirere Scripturam quandam meam Vilnae in Collegio
mea manu confectam et ibidem relictam in manus P. Stephani
[illegible] Rectoris Collegii, quo Consuetudines omnes egregiasque Colle
gii Nasvicensis collegeram, quas et diversis rationibus ac refle
xionibus utpote qualibet consuetudine confirmavi. Aliud scri
ptum, longe brevius in uno aperto medio folio, compendio prae
scribens independenter Collegii eorum regulas ordinemque dicti.

Haec duo scripta rogo summopere ut R.a V.a describi iubeat,
et velit mihi mittere Varsaviam ad manum P. Aloysii Philosophi
profitebor maximam obligationem pro hac benevolentia: maneoque
eo quo semper animo et luctu.

R.ae V.ae

Servus in Christo

1739. 1. Jan. Varsaviae

Stanislaus Konarski.

Amicus salutem.

Prosiłbym całemi siłami [illegible] JMść X. Koadiutor raczył dać
Dekret wiktu choć nie on dziś ale [illegible] JMść X.P. Generała [illegible]
wielka protekcya [illegible] o to do niego proponujemy
aby [illegible] moznaż [illegible]

72

Admodum Rdo Patri Luca
a S. Francisco Sch. Piarum Con
cionatori Vilnensi. Pri Collmo

Vilnae

II

8

Admodum Reverende Pater Provincialis
Pater Colendissime

Invitatus sum mane hodie ab Illmo Auditore Nunciaturæ qui mihi hæc verba dixit, peto et obligo Paternitatem Vram, nomine Illustrissimi Nuntij et meo, quatenus in omni meliori forma deferat Reverendo Patri Provinciali Lithvaniæ, Patri Rectori Collegij Vilnensis et alijs Patribus et Magistris ibidem dimorantibus, quod ex Mandato Illustrissimi Nuntij intra dies quindecim, si Patres Scholarum Piarum Vilnæ Scholas publicas penitus non occluserint, adstringam eosdem his pœnis: 1mum Ecclesiam seu Capellas interdicto subijciam, 2do Patrem Provincialem ab Officio suspendam et alios, 3tio etiam adhibito brachio sæculari Magistros incarcerari faciam. Nolui ego hanc Commissionem acceptare, sed mihi respondit: quod me Nomine et Authoritate Nuntij Apostolici obliget, deinde subintulit: melius esse proprissimet Patribus Vilnensibus, ut Paternitas Vra Literis privatis id illis deferat atq intimet, quam si ego ijsdem scribam, nam meæ Literæ in tali materia deberent mox in Libros Cancellariæ meæ

inscribi, et earum Exemplar Illmo Nuntio mitti, quare
earum in actis extaret memoria: convenientius autem
est ipsimet Patribus Vilnensibus, ne harum rerum Ve-
stigium in Cancellaria extet, si erunt morigeri. Hoc igit
ego nolens volens Paternitati Vestrae aliisq defero.
Multa deinde locutus sum cum eodem Illmo Auditore: Colle-
gium privatum idest intra domesticos parietes nec approbat
nec improbat: fatetur clare. Ceteroq ipse verbis oretenus di[...]
hanc Spontaneam si velimus Scholarum nostrarum occlusio-
nem, nihil derogaturam juribus Nostris, Bullis, et De-
cretis, sed interim voluntatem Summi Pontificis esse, ut
interea hae Scholae claudantur, dari posse in futurum
occasiones et tempora, quibus eaedem Scholae aperiri p[...]
sint. Bullas itaq nostras, Privilegia, Jura, et Decreta, [...]
obstante Spontanea occlusione Scholarum manere in in[te]-
gro. Quod si intra quindecim dies non informabitur [...]
certo documento Scholas nostras Vilnae esse sponte o[...]
sas procedet irremissibiliter ad rigorem. Scripsi jam to[...]
Paternitatibus Vestris + ego, hunc ultimum ictum ab Au[...]
ritate Ecclesiastica expectandum non esse, et ratio ipsa di[...]
idem.

Faciant pro Sapia et prudentia Sua quidquid velint, nos hic
omnes Svaderemus, ut ab his Scholis publicis penitus jam
cessent, Salvatis Salvandis. Voluit Auditor quatenus Pa-
ternitas Vra in manus meas mittat Authenticum documen-
tum, quo doceat intra quindecim dies clausas esse Scholas:
Ad id respondi: probabilissime me credere, quod Patres Vilnen-
ses absq dilatione claudent Scholas publicas, sed documentum
in scripto non mittent, timebant enim, ne id in manus Patrum Jesuitarum
deveniat. Ad id Auditor dixit: scribam ad Illmum ~~et~~ Coadjutorem
ut ille testimonium dare velit Scholas has jam esse occlusas.
Adeundus est Illmus Coadjutor, et petendus, ut dignetur pro summa
sua prudentia et Caritate ita id Testimonium conficere et
mandare, ut liqueat nos sponte id fecisse etiam ad persvasionem
ipsiusmet Illustrissimi Coadjutoris, et ne quidquam in ijs repe-
riatur, quod aliquando nobis possit esse injurium.
Optarim ego, ut pro aliquo externo decoro ad vacationes hae
Scholae continuentur, sed jam video et fere palpo manibus
id fieri non posse. Opto jam ut saltim ad Festa Pentecosta-
lia exclusive protrahantur, discrimen est unius Septimanae
ultra quindecim dies: affigi posset Charta publica in Scholis,
excogitata aliqua ratione quod tempestive vacationes gene-
rales Studentibus dentur. Testimonium autem intra
quindecim dies ad Illustrissimum Auditorem mittendum

No 26.

P. Stanislai a S. Laurentio ad P. Provincialem Lituaniae ad causas Vilnenses spectantes.

ab Illustrissimo Coadjutore illud dare dignabitur, quod ut det ille potius quam alius etiamsi fortasse ab Auditore requisitus non fuerit a nobis esse petendum videtur, et illi puto hoc non fore ingratum in praesentibus circumstantiis, Testimonium in quo hoc pacta posset dicere, quod (Patres Vilnenses Scholarum Piarum verbo Sacerdotali mihi promiserint (scriberet Illmus Coadjutor) se ante Festa Pentecostalia Scholas occlusuros. Cum vero Sabbatho ante Pentecosten clausae jam essent aliud Testimonium paucis verbis non gravaret scribere idem Illmus Coadjutor clausas jam esse, ego quoque responsum impatientissime expecto nam si id non dabitur intra dies 15 Cathegoricum et reale, ego nihil amplius Auditori, qui sua volet exequi et procul dubio exequetur dicere potero. Sapientis est tempori cedere. Veteri Benevolentiae Paternitatis Vestrae me commendando summa veneratione maneo

29 Apr. 1741. Vars.

Paternitatis Vrae

Servus humillimus
Stanislaus a S. Laur. Rect.
S. P.

i ARP. Provincialis non adsit,
in re tanti momenti R. P. Rector
pro Sua prudentia agere dignetur quae agenda sunt
et rem mihi certam rescribere. nam video res moram
non pati. Jura integra maneant: Collegium privatum bene
ordinatum melius est quam schola publica. Sat optime rerum,
voluntas aperta. Constantia, intra modum, laudabilis.

2do

Nasi Wielce Mciwi Panowie.

Ktoby się w sprawie był zaszczyt Narodu naszego y Kró-
lestwa tego od samych Synów Świętych mianowanego Re:
gnum Orthodoxum, że u nas przy Wierze Świętey kwitnąca
zawsze prawdziwa y nigdy nienaruszona Sanctae Sedis Apo:
stolica Obediantia. Uważmy więc tylko nasi WMci PP.
to w uwagę co [illegible] exemplo Przodków naszych powin-
niśmy do tego et motivo Religionis obligowani iesteśmy
przeciw namiestnikowi Chrystusa Pana y Stolicy Piotra
Świętego, a zgodnie sprawę tę, między Akademią Wileńską
y Szkołami Xięży Scholarum Piarum iuż dawno Decretis
Romanis et Bullis Pontificum załatwioną na sąd Oyca S.
zdamy et authoritati Vicarij Christi zupełnie [illegible].

Do czego te kilka motiva niech mi się wyrazić godzi.

Naprzód. Sprawa ta iuż kilka w Rzymie agitowana iest per
varias controversias, iakże my ią tu sine ullis iudicialibus
controversijs decydować przeciw Stolicy Apostolskiey mamy?

Secundo. [illegible] obiciwie [illegible] Kopia swoie y nam-
ie rozpaty: Akademia dowodzi ius privativum w dawnych Przy-
wilejach, a restrygit JmcXięży Piarów pokazuie na oko że
Akademia tego ius privativum wyrażonego nigdzie nie ma
tylko go pod generalne terminy podciąga, iakoż prawdę rzek-
szy y ia nie widzę w tych Przywilejach dawnych Akademickich aby gdzie
wyraźnie było obwarowane to ius privativum quo ad alias
scholas. A zatym zaloży się kiedy JmXięży Piarów czynić mi
aby ich szkoły exkludować zwolna?

3tio. Powiada Akademia Wileńska, że kiedy Akade-
mia Krakowska ma ius privativum, toć go mieć powinna y
Akademia Wileńska, coaequata iuribus Academiae Cracoviensis.

Ale oczywista rzecz że Akademia Krakowska pokazuie Konstytucyą wyraźną in Volumine Legum anno 1635 na swoie ius privativum, a Akademia Wilenska żadney nato wyraźney Konstytucyi nie pokazuie. ~~które zaś~~ które zaś ius privativum nadane iest Akademij Krakowskiey per Consensum trium ordinum na walnym Seymie, czy można żeby toż ius kommunikowane było mocą Akademij Wilenskiey per solum Privilegium Regium?

4to. Stefan Batory roku 1582 nadał Akademij Wilenskiey generalnemi terminami Coaequationem eorum cum Academia Cracoviensi y kommunikował też prawa Akademij Krakowskiey: a ius privativum Akademij Krakowskiey nadane iest od całey Rzpltey dopiero anno 1635 w pięćdziesiąt lat po Batorowskim Przywileiu: toć oczywiście Stefan Batory nie mógł Akademij Wilenskiey kommunicare ius którego iescze Krakowska nie miała aż go dopiero w lat pięćdziesiąt potym otrzymała.

5to Dekreta Rzymskie w tey sprawie Akceptowała iuż Akademia Wilenska od lat iedenastu, Akceptował y Król Jegomość August II. w swoim Przywileiu nadanym samey że Akademij Wilenskiey anno 1729: nałoż zmowa wruszać tak solennie Akceptowane dekreta?

6to. Sami Jmxięża Jezuici pozwali do Rzymu y do Sądow Oyca S. Xięży Biskupa, sami Jmxięża Jezuici akkinnili byli, w Inylacatach Konsistorzach, y przegrali w których oni swoim akkwatem kollekcyinią Sprawę: Jakoż teraz ad aliud forum od nich zaczętą y przegraną Sprawę enukują? #

Zwaz tedy Rzeczy uprzyjatlyn Wmś Panow aby de Sprawę in integro zostawić Stolicy S. Apostolskiey y owszem aby konsensem Wmś Panów akceptował y manutenere iura Sedis Apostolicae. a ia czym protestuię się ~~[illegible]~~ infarie Reip. że żonę go ~~[illegible]~~ nigdy nie pozwolę aby iakie praeiudicium Authoritati Nuncij etc et Juribus Apostolicis w tey sprawie stać się miało.

XX 7mo Jeżeli iakich kłótni między młodzieżą oba-
wa się Akademia Wileńska: moie Dyktował W.X. Lewickiego
moie Xiążę Biskup Wileński y do kogo należy transferować
obiedwie szkoły aby kłótni żadnych nie było. Wszak y tu w
Szmeryi w Piotrkowie pierwsze są szkoły Xięży Piarów, a potem
niedawno Xmość Jezuici nowe otworzyli: kłótni: a przecie
od tak dawnych czasów za dobrym regulaminem. kto
żni żadnych nie masz. Owszem potrzebna jest honesta
et virtuosa aemulatio między szkołami, tym więcey
in publicum pożytek tym większa pilność między uczące-
mi, im barziey ieden z drugim emuluie: dla którey ra-
cyi y w całey Europie przy sławnych Akademiach
Jak w Rzymie w Paryżu w Wiedniu y przy wszystkich innych
znayduią się y insze od Akademij nie dependuiące
szkoły.

Jesus Marya Jozef

Reverendissime Pater Rector Stutinensis

Pater Colendissime.

W tym tygodniu byłem u Oyca S.go z X. Assystentem, y com słyszał na moie uszy, to donoszę. Przy:iąwszy memoryał y nas z wielką dobrocią, a usłyszawszy nasz interes, odpowiedział te słowa łacinnie: Scio ego vestram causam esse iustam, iuravi et teneor manutenere Constitutiones meo:rum Praedecessorum, sed cum Rex sit exacerbatus, habeatq́ maiorem potestatem his temporibus quam Respublica, necesse est paululum sustinere. haec mora poterit Vobis prodesse, ego semper vos pro tegam. Gdy zaś usłyszał o Nuncyuszu, że bardziey sprzyia Jezuitom y stara się o zamknięcie szkół naszych kilka razy powtórzył te słowa: scribam Nuntio scribam Nuntio, ut non tantum se non im:misceat, sed Vobis omnino assistat et vos protegat. Gdyśmy wychodzili, mówił: Scio ego, quod hoc totum faciat P. Guarini qui est ad Aulam Regis. Dziś zaś będąc u Kardynała Status, tom słyszał: Recepi ex:pressum mandatum SSmi, ut scribam Nuntio, quatenus Vos protegat. y tey soboty zapewne list bę:dzie posłany z rozkazem surowym do Nuncyusza. Za to powinniśmy dziękować Panu Bogu, że Oiciec św: przez memoryał iest bardzo dobrze informowany o naszych nieprzyiaciołach y o ich nie:zbożnych figlach, y nam wszelką obiecnie protekcyą. Dziś tydzień był Oiciec S.ty w naszym Collegium Nazarenum, gdzie ze wszelką był przyimowany distynkcyą, wizytował szkoły, celle, bibliotekę, a będąc w kaplicy która cztery razy iest mnieysza niżeli nasza Wileńska, naznaczył codzien:ną zupełną perpetuis temporibus Indulgencyą, ktoby pięć pacierzy co dzień w niey mówił. Także zupełny odpust dla konwiktorów w ten dzień, kiedy będą kommunikować y spowiadać się na zawsze. Wielkie to dla nas szczęście, gdyż iak Piarski Zakon stanął, to nigdy w Collegium Oyca S.go nie widział. W sali był ubrany tron, na którym usiadłszy przystępowali nasi Xa y wszyscy konwiktorowie do pocałowania nogi. Na wychodzie wsiadaiąc do karety bardzo wiele znaków pokazał ukontentowania swego których dla krótkości czasu nie oznaymuię. Mamy wielką w nim nadzieię gdyż wielką ku nam dobroć pokazuie. Vra Ptas chciey oznaymić o zdrowiu swoim, także o Panu Marszałku, co odpowiedział na list wis expressis manco Ptatis Vrae humillimus in Xto servus Andreas.

Dat. 17 Xbr 1740. Romae.



Copia literarum 174?
17 aprilis P Andreae Ro
onai

13

Excellme et Rme Domine Dne Colme

Cura, et solicitudo, qua Rma Excellentia Tua apud me agit pro bono Collegii istius Vilnensis, satis aperte demonstrat amorem summum, quo meum Ordinem prosequitur. Huic benevolentiæ tuæ, ut qua possum parte respondeam in ipsa re, de qua tam graviter ad me scripsisti, hodie per meas litteras serio moneo P. Stanislaum Konarski ut ab incepto desistat, et monumenta a P. Dogiel collecta relinquat esse juris Collegii Vilnensis, ad quod post illius mortem omnino spectant. Ceterum ante meam electionem audivi Prædecessorem meum accepisse litteras Magni Cancellarii Regni, quibus significabat regiam voluntatem esse ea monumenta transferri Varsaviam, atque adeo petebat ut idem Prædecessor meus mandato Regio præceptum suum adderet, quod factum fuit. Audivi præterea Patres Lituanos obtinuisse ut Regium illud mandatum revocaretur, quod si revocatum revera est, ego quoque revoco præceptum mei Prædecessoris, quod unice ex Regio mandato suam vim habebat. P. Stanislaus de hoc negotio neque ad me, neque ad meum Prædecessorem

Michaeli Zienkowicz Epo Vilnensi
Vilnam

Prædecessorem, quantum ego scio, unquam scripsit, atque adeo nihil nos Romæ habemus, unde causam habeamus illum objurgandi. Prima querela contra ipsum venit ex litteris tuis, et P. Provincialis Vicarii Lituani, his ego motus ad eum scribam, et admonebo ne PPes Lituanos suo jure privari contendat. Interea tamen Rmæ Excellentiæ Tuæ, et Patrum Lituanorum erit enixè agere in Aula Regia, ut novum Mandatum Regium non emittatur pro asportatione Varsaviam eorum monumentorum. Mea enim auttoritas parum valere potest contra Regiam voluntatem.

(Vocales Lituani Româ cum suo Provinciali jam a mense movarunt. Si quid aliud est, in quo Rmæ Excellentiæ Tuæ gratissimum meum animum testari possim, mihi significes, Tibique persuadeas me libentissimè mandata tua facturum in iis rebus, quas auttoritate mea præstare potero.

Rmæ Excellentiæ Tuæ

Albani. 10. Junii 1760.

Humillmus et Addictmus Servus
Joseph Mª Giuria Præpus Glis
Scholarum Piarum

1760 die 20 Junii Litterae
R. Generali ad Episcopum Vi-
nensem Michaelem Zienkowi
in causa monumentorum a P. Ba-
giel collectorum —

N. 18.

